

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1294

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

285. *Der Provinzialvikar der Dominikaner, Hermann, fordert die Bestrafung des Ordensbruders Erbo, der am Kriege gegen den König teilgenommen, einen Mann verwundet und Beichte gehört habe. [1294].*

Karissimis in Christo fratribus priori suppriori et Wern[ero] frater Her[mannus] vicarius<sup>1</sup> et infra. licet frater Erbo<sup>2</sup> sciens et prudens presenciam meam declinaverit, nolens tamen expertem ipsum fore gracie visitacionis, que custodit spiritum, tenore presencium vobis committo pariter et injungo, quatenus ipsum, cum ad domum redierit, diligentius adhibitis pro placito fratribus visitetis, inter alia memorie commendantes, quod, ut dicitur, hominem vulneravit, item quod confessiones audivit, cum non credatur ad hoc observatis constitucionum limitibus institutus, item quod in exercitu versabatur eques pilleatus, junctus regis adversariis, item quod se ingressit confessioni et consolacioni ac negociis eorum, quos idem rex ut hostes publicos condemnavit. in primo casu sibi penam injungite non tam percussoris quam vulneratoris; nec sibi suffragabitur, si dixerit se defendisse equum a latronibus. nam non fuerunt latrones, sed honesti villici nec probantur invasores sed equi sui, quem injuste perdidierant, petitores. nam et si equus fuisset ordinis, tamen vim cum moderamine inculpate tutele repellere debuisset. sed quantum legitimos terminos excesserit, probat lignum lanceatum et vulneris gravitas, quod inflixit. ceterum si dixerit se licenciatum ad predicandum et confessiones audiendum, probet dicendo, per quem ubi quando? ego autem memini, quod tempore precedenti propter sua demerita, ne ad ultiores ordines procederet, interdixi. et quis eum restituit? si priorum aliquis hoc presumpsit, non potuit, quia, ut dicit constitucio, caveant diligentissime priores, ne committant alicui predicacionis aut confessionis officium nisi fratribus scientia et moribus approbatis. unde si quis hoc<sup>a</sup> licenciavit, fecit, quod non potuit, quod non licuit, quod non decuit et ideo vanum fuit. quodsi ipsi scientiam et mores approbatis, vos ipsi hujusmodi officio sollempniter deferatis, alioquin ipsis privatum eum immo tamquam non intransentem per hostium nichil eorum habere vel habuisse pronuncietis. ad hoc quia prohibitus per suppriorum loci in terminis Argentinensibus inventus est sine socio, sine cappa, in quodam turpissimo delubro, ne dicam reclusorio, et assumpsit per se suspectos et olim pene addictos, quos infamia comitatur, ipsum specialiter puniatis a porta et exitu restringentes. hec omni tergiversacione sublata tamquam zelo ordinis incitati exequamini fideliter et ferventer, ne per remissionem alicujus peccatis communicare putemur. nam non caret scrupulo societatis

a) Folgt durchstrichen: licenciavit presumpsit non potuit.

<sup>1</sup> Vorher, etwa um 1250 hatte Hermann v. Minden an den Provinzial der Provence u. A. geschrieben: pannum quoque tenuem de Argentina vobis missem, si portitoris aut vectoris copiam habuissem. fol. 187v. Vergl. Finke a. a. O. S. 158. In zwei Schreiben, das eine datirt von 1294 November 4 Hagenau, das andere von 1294 December 1 Colmar, wird Hermann ausdrücklich bezeichnet als frater Her[mannus] de Minda ordinis predicatorum conventus Argentinensis vices gerens reverendi patris prioris provincialis super Renum. fol. 193, vergl. Finke a. a. O. S. 163/64.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 286 und außerdem über Erbos Persönlichkeit Finke a. a. O. S. 539.



occulte, qui, cum possit, manifesto facinori desinit obviare. quod si non omnes hiis exequendis interesse poteritis, duo vestrum nichilominus exequantur. processum autem vestrum in scriptis cum sigillis vestris et conventus redactum ad me oportuno tempore transmittatis. datum.

*B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 189. Ueberschrift von gleicher Hand: 5*  
frater restringitur pro excessibus.

*Gedruckt darnach von Finke i. Ztschr. f. Gesch. d. Oberrheins N. F. V, 538 und Regest bei Finke Dominikanerbriefe S. 160 nr. 152.*

286. *Der Provinzialvikar der Dominikaner ermahnt die Straßburger Ordensbrüder, die von ihm geforderte Bestrafung Erbos zu verschieben, ihn jedoch in guter 10*  
*Hut zu halten. [1294.]*

Karissimis in Christo priori et fratribus universis vicarius et infra. licet quasi incessabiliter delinquentibus pena continua debeat, piis tamen supplicacionibus inclinatus hoc, quod circa fratrem E[rbonem] dixeram accusandum,<sup>1</sup> suspendo usque 15  
dum vobis prior scripsero iterato. medio tamen tempore sub cautela ipsum volo consistere diligenti, ne discurrat sicut hactenus in honoris sui dispendium et fratrum displicenciam plurimorum. volo autem, ut, si quoquam ire debuerit, associetur per vos prior vel per suppriorem aut per fratres Wern[erum] de Elrebach, Wer[nerum] de Slezstat seu Johannem de Offenburg. si tamen aliquis<sup>a</sup> vestrum copiam habere nequierit, qui pro tempore p[re]fuerit, convocatis simul cunctis sacerdotibus, provi- 20  
deat sibi de socio maturo sacerdote et cujus vita sic probata sit, quod ejus opinio non vacillet, prefixo sibi pro reditu termino satis brevi. ad hec universos vos et singulos teneri volo obediencie sub virtute similiter et ipsum fratrem E[rbonem]; qui si transgressus fuerit, vadat in curiam pro fratre ibidem moraturus et penam gra- 25  
vioris culpe pro suo demerito soluturus. datum.

*B aus Berliner Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 189e. Ueberschrift von gleicher Hand: 25*  
Temperatur pena prescripte littere.

*Regest bei Finke Dominikanerbriefe S. 160 und Ztschr. f. Gesch. d. Oberrheins N. F. V, 539.*

287. *Der Provinzial der Dominikaner berichtet dem Großpenitentiar der Curie über die Zwistigkeiten der Dominikaner und Franziskaner am Oberrhein, besonders 30*  
*über die Klostergründung der erstern in Schlettstadt. [nach 1294.]*

Venerabili domino ac amico et benefico spirituali sedis apostolice summo penitenciarario et cetera cum debita reverencia affectus et obsequii promptitudinem purioris. innotuit mihi de remotis partibus venienti, quod fratres nostri cum fra- 35  
tribus minoribus provincie Alsacie haberent aliquid simultatis, quasi edificassent, ut dicam vulgariter, intra cannas, prestante ad hoc auctoritatem quondam, ut dici-

a) *B alicus*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 285.*